[illegible]

[illegible]

ADMONITIO

DE SUBSEQUENTI EXPOSITIONE IN APOCALYPSIM.

Veterum in Apocalypsim commentariis evolvendis, ab octavo usque pene saeculo quotquot extiterunt, qui ex Victorino martyre praesertim (a ad ipsum usque vulgatus ejus nomine commentarius pertinet), aut ex Primasio et Beda verbis consuevimus est. Hinc per Tichonii opera omnino recipi videbantur [illegible] « ante eum habebatur hac quae Donatista ille suo operi inseruerit, « multa » videlicet, uti Primasius scilicet, « multae doctrinae contrariae, ita ut de eisdem quae Catholicos inter et Donatistas versabantur, secundum prae- « tatem cordis sui loca secundi captant, catholicaque Ecclesiae sanae expositione putavit mandandum ille « dendum. » Quin imo adversus Donatistarum haereses expunctae de industria sententiae quamplures; et Baptismi repetitio, quae sententiae illis in usu erat, penitus improbatur, velut in Homilia 6 ad Apocal., cap. 8, v. 11. « Hoc, » ait auctor, « in his qui rebaptizantur, manifeste intelligi potest. » Hinc etiam abest quantum interpretationes a Beda Tichonii nomine relatae. Ad haec, Tichonius in Apocalypsi quaerens quomodo intelligendi sint Angeli Ecclesiarum septem, quibus scribere Joannes jubetur, « reflectentur multiplexter, » inquit Augustinus in lib. 3 de Doctrina christiana, cap. 30, « et ad hoc pervenit ut ipsos Angelos intelligamus Ecclesias; exponentem » usque « dispositione » usque. Sed hoc profecto in re multo brevior pressiorque est subsequentis operis consecutor, qui nonnisi ex alterum libris, atque ex ipso fortasse Tichonii, a quo praecipua quidem mutuata sunt etiam Primasius et Beda, multas interpretationes decerpere contentus fuerit. Quapropter Lectoribus Theologis merito visum est hoc opus nihil esse praeter annotationes alicujus studio collectas, pertinaciter in Homiliarum formam redactas. Porro in vetustissimo Abbatiae S. Petri Corbeiensis codice Homilia 16 versus quinquagesimum abbatis dividitur in duas : praetenquam quod Homilia 1 non idem quod in editis habet exordium, sed aliquanto diversum sub hunc verbis :

« Ea quae in Apocalypsi sancti Joannis continentur, fratres charissimi, aliquibus ex antiquis Patribus hoc visum est, quod aut tota, aut certe maxima pars ex ipsa lectione, diem judicii, vel adventum Antichristi significare videatur. Hi autem qui diligentius tractaverunt, quod ea quae in ipsa revelatione continentur, statim post Passionem Domini Salvatoris nostri fuerunt inchoata, et ita sunt usque ad diem judicii consummandi mundi, ut parva parte temporibus Antichristi remanere videatur : et ideo quidquid in ipsa lectione recitatur audieris sive Filium hominis, sive stellas, sive Angelos, sive candelabra, sive quatuor animalia, sive aquilam in medio coeli volantem, et religiosum omnem in Christo intelligite, et in Ecclesia fieri, vel in type ejus praedicta esse cognoscite. In septem Ecclesiis quibus sanctus Joannes evangelista scripsit in Asia, intelligitur una Ecclesia catholica propter septiformem Spiritum gratiae. Quod autem dicit, *Testis fidelis*, Christus est, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato. *Fecit*, inquit, *nos regnum et sacerdotes Deo* : sacerdotes Deo totam Ecclesiam dicit; sicut ait S. Petrus : *Vos*, inquit, *genus electum, regale sacerdotium* (I Petr. II, 9). *Et vidi*, inquit, *septem candelabra aurea* : in septem candelabris Ecclesia est. *Et in medio candelabrorum similem Filio hominis* (Apoc. I, 5, 6, 12, 13), id est Christum. Sive autem Filius hominis, sive septem candelabra, » etc.

Digitized by Google